



## **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

2231. [i. e. 2232] Die Markgrafen Otto und Woldemar bestätigen dem  
Kloster Busow seine Grenzen in der Gegend des Buko`schen Sees und der  
Dörfer Eventin und Repcow &c., am 22. März 1306.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2231. Markgraf Hermann bekennt, die Pfingsten fällig gewesene Reichsteuer mit 600 Mark Pf. empfangen zu haben, am 30. September 1305.

Nos Hermannus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio et dominus de Henneberg, Recognoscimus et tenore presencium publice profiteamur, quod honestos viros et discretos, ciues in Lubbik, in sexcentis talentis lubicensium denariorum, que in festo Pentecostis proximo preterito debuissent persoluisse, penitus, dimittimus liberos et solutos. Datum Brunnebe, anno Domini millesimo trecentesimo quinto, in crastino sancti Michaelis.

Aus dem Lübecker Urk.-Buch, Theil II, S. 167.

2231. Die Markgrafen Otto und Woldemar bestätigen dem Kloster Bukow seine Grenzen in der Gegend des Bukow'schen Sees und der Dörfer Ewentin und Neycow ic., am 22. März 1306.

In nomine domini Amen. Otto et Woldemarus, Brandenburgenses, Lusacie et Landesbergh marchiones, vniuersis Cristi fidelibus presens scriptam visuris notitiam subscriptorum. Actiones, quas mundos ordinat, sepe delet successus temporum, nisi muniantur firmo karaktere literarum. Ea propter ad vniuersorum notitiam tenore presentium publice volumus peruenire, quod omnem libertatem fratribus in cenobio Bukowe Deo famulantibus per strenuos milites videlicet Johannem de Stetz et filios Nicolai de Hakenbeke super distinctionibus terminorum intra Jewenthin et Repekowe cum omnibus suis attinentiis et vtilitatibus traditam, scilicet quam in terris, siluis, aquis, pratis, pascuis, piscationibus laborando arte qualibet fratres ejusdem cenobii aut eorum homines tempore post futuro potuerint absque tergiuersatione aliqua exercere gratam perpetuo tenere volumus atque ratam. Sunt autem hujusmodi distinctiones secundum situm locorum infra scriptorum hoc ordine situate. Primo et principaliter incipientes a Pristan Brunne et usque ad riululum tendendo, qui Swirnise nuncupatur. Deinde ad alium locum siue riululum, cui nomen est Wolowastrugo, abinde tendentes ad montem, qui vocatur Jaswineke, deinde ad alium montem, qui dicitur Jastremowagora siue Hauekesberch, abinde tendentes ad locum, qui vocatur Bolesowe, deinde ad riuum siue ad antiquum pontem in locum, qui dicitur Grabowastrugho, abinde ad alium riuum qui vocatur Polnitz, predictos fratres in hac libertate eisdem tradita ob specialem favorem quo ipsos prosequimur confouere volumus fauorabiliter. Ne autem super hoc dubium cuiquam imposterum valeat suboriri, presens scriptum dedimus nostrorum sigillorum appensionibus roboratum. Cujus rei testes sunt nostri fideles videlicet Conradus de Redere, Ludolfus et Hasso de Wedele, Nicolaus de Buch nostre curie dapifer et Ebertus Romele milites

et alii quam plures fidedigni. Actum et datum in Werbelino, anno domini millesimo trecentesimo sexto, in crastino sancti Benedicti Episcopi et confessoris, per manum Ewerth nostre curie Capellani et notarii.

Aus der von Dreger'schen Sammlung.

2233. Die Markgrafen Otto und Woldemar genehmigen den Tausch des dem Domstifte Budissin gehörigen Gutes Malschwitz mit dem Gute Stewitz, am 19. April 1306.

Nos Otto et Woldemarus, dei gracia Brandeburgenses, Lusatie et de Landisberg marchiones, recognoscimus et ad uniuersorum noticiam tenore presentium publice uolumus peruenire, quod permutacionem prouentuum inter honorabiles uiros dominos Budissinensis ecclesie canonicos, parte ex vna, et Fridericvm de Lewenwald, parte ex altera rationabiliter factam, gratam habere uolumus atque ratam, et nos quidem prouentus, quos idem Fridericus in uilla Stewitz dicta a nobis in feudo tenuit, eisdem dominis canonicis conferimus et donamus iusto proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendos. E contra uero prouentus, quos jam dicti domini canonici habuerunt in omni juris integritate in uilla Malschwitz predicto Friderico conferimus iure feudali perpetuo possidendos. In cuius rei testimonium presentes literas fecimus sigillari. Actum et datum Budissin, anno domini MCCC<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>, in secunda feria post dominicam, in qua cantatur misericordia dominj.

Nach G. K. Her's Codex diplomaticus Lusatie superioris, Band I, S. 344.

2234. Burchard und Burchard, Gebrüder Wolf, schenken der Johanniskirche zu Lüchow einige Getreidepächte aus dem dortigen Mühlenwerke zum Unterhalte einer immer brennenden Lampe, unter Bestätigung des Grafen Heinrich von Lüchow, am 21. Juli 1306.

In nomine Domini Amen. Ad perennem rei memoriam nos Borchardus et Borchardus, fratres, dicti Lupi, uniuersis tenore presentium publice fatemur, quod ut eo celebrius atque deuotius eterno seruiatur auctori, ad perpetuam ante altare corporis Christi habendam lucem, undecim modios siliqinis in molendino, ante ualnam que dicitur Dreuenesdor sito, nobis in eodem competentes, assignauimus ac uendidimus ad huiusmodi luminare comparandum cum omni iure, quo nobis competeabant perpetuis temporibus possidendos. In cuius rei testimonium sigillo nobilis uiri Domini nostri Henrici Comitis de Luchow, cum proprio careamus, utimur, in premissis. Nos quoque Henricus, Dei gratia Comes in Luchow prefatus, presenti serie ad uniuersorum notitiam cupimus deuenire, quot ut honor amplior et gloria ad laudem corporis Christi